BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 134r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tes minus. et pauperes in porta
deprimentes. Ideo prudens in tem
pore illo tacebit. quia tempus ma
lum est. Querite bonum et non ma
lum. ut viuatis. Et erit dicit do
minus exercituum uobiscum sicut
dixistis. Odite malum et diligite
bonum. et constituite in porta iudi
cium. si forte misereatur dominus
deus exercituum reliquiis ioseph
Propterea hec dicit dominus deus
exercituum dominator. In omnibus
plateis planctus. et in cunctis que
foris sunt dicetur. Ve ue. Et uo
cabunt agricolam ad luctum et ad
planctum eos qui sciunt plangere
Et in omnibus uiis erit planctus
quia pertransibo in medio tui dicit
dominus. Ve desiderantibus diem
domini. Ad quid uobis eam. Dies
enim domini ista tenebre et non lux.
Quomodo si fugiat uir a facie leonis
et occurrat ei ursus. et ingrediatur
domum. et innitatur manu sua
super parietem. et mordeat eum co
luber. Numquid non tenebre dies
domini. et non lux et caligo et non splen
dor in ea. Odi et proieci festiuita
tes uestras. et non capiam odo
rem cetuum uestrorum. Quod et si
obtuleritis holocaustomata mihi
et munera uestra non suscipiam
et uota pinguium uestrorum non
aspiciam. Aufferam tumultum
carminum uestrorum et cantica
lire uestre non audiam. Et reue
labitur quasi aqua iudicium et
iustitia quasi torrens fortis sum

quid hostias et sacrificium obtu
listis michi in deserto. xl. annis do
mus israel. Et portastis taberna
culum moloch deo uestro. et yma
ginem ydolorum uestrorum sydus
dei uestri quod fecistis uobis. Et
migrare uos faciam trans dam
ascum dicit dominus deus exerci
tuum nomen eius. Ve uobis qui
opulenti estis in syon. et confiditis
in monte samarie optimates ca
pita populorum ingredientes pom
patice domum israel. Transite in
chalanne. et uidete. et ite inde in e
mach magnam. et descendite in geth
palestinorum. et ad optima queque
regna eorum. si latior terminus
eorum termino eorum. Qui separa
ti estis in diem malum. et appro
quintatis solio iniquitatis. Qui
dormitis in lectis eburneis. et las
ciuitis instratis uestris. Qui comedi
tis agnum de grege. et uitulos
de medio armenti. Qui canitis ad
uocem psalterii. sicut dauid puta
tauerunt se habere uasa cantici
bibentis in phialis uinum. et op
timo unguento delibuti sunt. Et
nichil conpatiebantur super contri
tionem ioseph. Qua propter nunc
migrabunt in capite omnium tran
migrantium. et auferetur factio
lasciuientium. Iurauit dominus
deus in anima sua. Dicit dominus
deus exercituum. Detestor ergo sur
biam iacob. et domos eius odi. et tra
dam ciuitatem cum habitatoribus
suis. Quod si relicti fuerint decem

VI

134